



5.

PROGRAMMA INAVGVRALE
DE
V E N T O R V M
C A V S I S ,

QVO
AD AVDIENDAS
PRAELECTIONES PHILOSOPHICAS
PVBLICAS ATQVE PRIVATAS

PROXIMO SEMESTRI HABENDAS
NOBILISSIMOS ATQVE HONORATISSIMOS
D O M I N O S C O M M I L I T O N E S

INVITAT

W I L H E L M G O T T L I E B H E S S E

PHILOS. ET MED. DOCTOR

FACVLT. PHILOS. IN PERANTIQVA GERANA ADSESSOR
EXTR. ET PROF. PVBL.

ERFORDIAE,
LITTERIS JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
ACAD. TYPOGR.

CHRISTIANUS NATH
AD A. DILEXIS
ANTONIUM
CAVAT

670

AD A. DILEXIS

REFLECTIONES PHILOLOGICAS
PHYSICAS AVTAE TRIA LID

PROXIMO SEMESTRI HERBESIAS

MODERATIONES AVTAE MUSICALIS

DOMINOS COMITATIONES

INITIA

MATHELI GÖTTLER HÆSE

670

PHYSICAE ET MUSICALIA

REFLECTIONES IN HERBESIAS ET MUSICALIAS

670

670

LETTERIS Ioh. CHRISTOF. HERRINGI

ACAD. TYPIC.

LIBRARIUS IOH. CHRISTOF. HERRINGI

ACAD. TYPIC.



uando naturæ theatrum paulo accuratius consideramus, inveniemus & tandem aliquando intelligemus, modo usitata, modo insolita admiratu tamen digna occurrere, quæ mentem pariter ac oculos in fæse defigunt. Vastissimis enim limitibus est circumscriptum, totque difficultates complectitur, quas superare vix ac ne vix quidem potest, nisi qui subacto est ingenio, feliciori memoria, ac facacissimo saltim judicio. Constat enim multis equidem partibus quas callere tenemur, si majores progressus hac in scientia faciamus, propterea quod in triplici quod ipsi objectum est, regno vegetabili, animali, & minerali. Quid dicam de regno vegetabili, cui multi per totum vitæ spatium incredibili diligentia indulgent, neque tamen ad summum cognitionis fastigium in eo perveniunt; hoc autem haud præcipitanter loquor, sed destinato consilio, ubi experientiam habeo magistrum. Reliquarum & partium mentionem facere possem, nisi angustia paginarum prohiberet, nec non festinatio, ut ea explicem quæ exorsum sum. Inter alia non solum meteororum campus, aures, oculos ac mentes nostras valde percudit atque exercet, verum etiam in specie ventorum rabies & varietas, quam optime commonstrat. Quare

ad propositum veniemus, & in hoc exponemus ventorum causas.

Atmosphærām sicuti tellurem ambit, tum ex pondere, tum ex elasticitate, tumque ex statu compresso, nisi æqualem ubique semper habeat resistantiam, nunquam quietcere, id quod abunde demonstravit, Germaniæ decus III. HAMBERGERVS Præceptor meus pie devenerandus, (*Elem. Phys.* § 119. 120. 279. 485.) Similiter etiam demonstrari potest, quod atmosphæricum pondus sive gravitas atque elasticitas semper quam maxime variet; modo enim majorem vel minorem servat altitudinem, interdum magis, interdum quoque minus elasticus, & tandem compressus nempe status quandoque minutitur vel augetur. Nobis ideo nunc incumbet, ut inquiramus in genesin ventorum ex pondere sive gravitate atmosphærica:

Vires æquales directe sine motu agentes, sunt in æquilibrio i.e. in quiete; & in contrarium ex inæqualibus viribus directe in se invicem sine motu agentibus, sequitur motus & quidem secundum directionem fortioris, prout in physicis definitur. (III. cit. auct. *Elem. phys.* § 24. 25.) Quum igitur aer uno in loco sit densior sive specifice gravior, & in alio rarius sive specifice levior, erit quoque vis aeris densioris, aere rariore major. Adeoque vires habemus inæquales, ex quibus vi præcedentium oritur motus, & quidem secundum directionem fortioris. Æquilibrii ergo viribus atmosphærae sublatis, sequitur motus, qui quando de loco in locum & præterea sensibilis est, dicitur *ventus*.

Varii atmosphærici ponderis plures dari possunt causæ, vel ut uno in loco sive gravior sive in alio levior existat. Specifice graviorem reddunt aërem, specificè graviora corpora omnia cum eo permista, ut partes in primis aquæ, quibus etiam terretres, Sulphureæ atque Salinæ concorporatae.

Aquam

Aquam quando consideramus millies fere graviorem esse aëre, & quod maximum atmosphæræ nostræ vaporess, minime ex mere aqueis, sed ex prædictis terrestribus, sulphureis ac salinis, ideoque specificè gravioribus aqua consistere, notum; unde apparet, vaporess in aëre hærentes graviorem etiam facere istum. Quid? quod vaporess adscendentess, & interstitia aërea penetrando occupantes, particulæ aëreas cingunt & respectu cohæsionis sustentant. Pondere hinc aucto, in adjacentem premit aërem etiam magis, quam aër vicinus resistere valet. Cessat igitur æquilibrium, & cessante æquilibrio excitatur motus. Ergo ventus. Tanto majorem atque impetuosiorem inducit aëri motum, quo magis ex pondere aucto, aër incumbens in adjacentem premit, dum plures superare potest resistentias.

Proinde etiam notandum est, quod, dum vaporess in aërem neutiquam ex pressione aëris, quia sunt specificè graviores; verum per modum solutionis, & transitum celerrimum particularum ignearum adscendunt, istum sursum premant; quod vapor igitur adscendens versus terram nostram pondere suo agere nequeat, neceſſe est. (ILL. HAMBERG. *Elem. physi.* §. 479. no. 3.) Quo facto, ut aër in vicinia majore gaudens gravitatem quoque exerceat majorem, in istam, ubi adscensus vaporum, regionem. Hinc sequitur, quod vaporess iti tanto leviorem faciant aërem, quo copiosiores & celeriores habeant adscensum.

^{sup} Interim licet etiam ulterius tali modo causam ventorum eruere. Quatenus vaporess in aëre hærentes uniti, & dein specificè graviores facti, ita, ut amplius aër sustinere nequeat, sub pluviae forma iterum descendunt terram versus; quare vaporibus derelictus aër, levior specificè quam antea, qui ideo de novo æquilibrium cum vicino tollit. Ergo ventum producit.

Porro neminem dubitare posse credo, aërem a calore solis rarefactum atque expansum, dum majus spatum quærere, suamque gravitatem amittere, ab aëre vicino specificè graviore irruente, propelli; id quod a priori atque a posteriori demonstrare conamur. Etenim pondus aëris elasticitati est æquale, & vice versa (*Elem. phy.* *Ill. cit. aud.* § 282. 292. 303. 304). Quodsi igitur elater aëris rarer alicubi evadat, quam in vicinia, æquilibrium aufertur, & motus fit eum in locum, in quo elater rarer sive imminutus. Quum igitur aëris elater ubique vi sua agat æqualiter, versus eum locum tamen magis, ubi minor est resistentia. Consequenter aér densior, sive minus expansus, magis in minus densorem agit, & ita expulso, in spatum ejus succedit.

Licet a posteriori quoque sequentem in modum demonstrare. Ab æstu nimirum solis corpora calefiunt omnia, tanto autem majori copia transit ignis, quo ipsa corpora in quaे transit sunt specificè graviora. Hinc est, ut petrosi ac loci fabulosi, non solum copiosius absorbeant ignem, sed & tam tñi alio iterum tempore in aërem transit frigidorem, tanta n ignis copiam diu conservent, ut hac ratione regiones istæ semper calidæ reddi queant. Idem dantur quædam, variis quæ impediendo regionibus calorem demunt, quorsum pertinent omnes loci umbrosi: ut coelum obnubilatum, montes ac saltus inumbrantes, & hujus generis plura.

Verum enim vero si aér expansus, propter caloris defectum semel atque iterum condensetur, elater ejus quoque imminuitur; adeoque minus resistit aéri vi majore prædicto. Ventus ergo flabit in locum istum, ubi aér condensatur.

Experientia de hac tenus explanatis etiam testatur, hæc que roborat, ut multis equidem exemplis probare possem, sed sufficiet unicum & omnibus satisfaciens adductis modis. Quod nimirum per caloris atque frigoris alterationem ac muta-

mutationem, adscensus vaporum, pondus æque ac elater aëris augeatur vel minuatur, tantoq[ue] crebriores edant effetus, quo frequentior permutatio. Etenim verno & autunnali tempore alternatio caloris atque frigoris, non solum adscensum & descensum vaporum admodum promovet, ipsosque vapores, ut & aquam ipsam conglaciatur; verum etiam nivem glaciem, atque terram congelatam iterum solvit, & ad evaporationem adaptat novam; unde contingit, ut aëris per adscensum vaporum levior, tum vero, cum in interstitiis hæreant, gravior, & denique quia ob copiam facile sub pluviae forma denuo descendant, levior evadat.

Præter has memoratas causas alias etiam non dari, minime affirmamus, mihi e. g. in mentem venit, me legisse demonstrationem Cel. NEVTONIS *in princip. phil. nat. mathem.* ex motu sive impetu solis, terræ, ac lunæ, in se invicem, ventum oriri. Itidem aëris in speluncis terræ nostræ arctissime inclusus, & a subterraneo igne dilatatus, vi elasticitatis suæ terram non nunquam disrumpit, & sic ventos etiam procreat. Pluribus vero causis simul concurrentibus major editur effectus, adeoque rapidior ventus.

Non permittit spatium ulterius progredi, attamen decidenda venit hæc quæstio: a quo venti videlicet veniant loco, & in quem locum abeant? Respondeo: 1) nescimus aëris aliarum regionum naturam, ut certum & primum locum determinare possimus ventorum; & 2) loci in quem, nos quoque sumus expertes, hanc ob rationem, quia impetus sensim paulatimque a successiva resistentia sedatur.

Hæcce sunt Commititones Honoratissimi! quæ de ventorum causis quam brevissime in medium proferre ex promissio volui, cum sub auspiciis Eminentissimi ac Celfissimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS FRIDERICI CAROLI, S. Sed. Mog. Archiepiscopi, S. R. I. per Germaniam Archib cancellarii,

*vii, Principis Electoris, Dominimi mei longe Clementissimi; Pron-Prin-
 cipe, Reverendissimo ac Illustrissimo Domino, Domino ANSELMO
 FRANCISCO ERNESTO L. B. DE WARSBERG, Eccles.
 Metrop. & Cathed. Moguntinenis, Trevirensis & Spirensis Prae-
 posito, Chori Episcopo, Eminentissimi & Celsissimi Principis Elec-
 toris Moguntini Consultorio intimo, Domino meo perquam grato;*
*Fasces Academiæ tenente Prænibili atque Consultissimo Domino,
 Domino CONRADO WILHELMO STRECKER, Jcto, E-
 minentissimi ac Celsissimi Principis Electoris Moguntini Consiliario
 Regiminis, Jurid. Facult. Assessore Seniore, Cod. P. P. O. civit.
 Syndic. & Consule primario. Amplissima Facultas Philosophi-
 ca, prævia, Celeberrimorum Dominorum Corporis Majori-
 stici Adsefforum & Professorum Ordinariorum, præsentatio-
 ne benignissima, me Facultatis Philosophicæ Adsefforem Ex-
 traordinarium, & Professorem Publicum recepit, atque eo
 ipso obstrinxit, ut ansam habeam, studia philosophica, affi-
 stente Summo Numine pertraetandi atque excolendi. Eum
 igitur in finem, quum totus litterarum orbis animum in hi-
 storia electricitatis occupatum habeat, publice, diebus Martis
 & Veneris hor. I. pomeridiana *Doctrinam Electricitatis* quantu-
 m pro viribus possum explicabo, quamque experimentis a
 Cel. HAVKSBEE, GRAY, atque du RAY primum habitis, a me
 in præsentia repetitis, illustrabo. Privatim vero hor. XI. an-
 tem. singulis diebus *physicam rheoretico-experimentalem* in Cel.
 HAMBERGERI Elementa physica tradam, ubi in primis veram
 ac genuinam auctoris mentem ubique exponam. Agite ita-
 que Commititones Honoratissimi, qui his prælectionibus in-
 teresse desideratis, vestra discendi cupidine diligentiam meam
 provehatis! Initium harum lectionem faciam, d. 5. Octobr.
 ad quas Nobilissimos atque Honoratissimos philosophiæ
 Cultores, omni humanitate volo invitatos. Dabam Erfor-
 diæ d. 20. Sept. M DCC XLIV.*

* * *

00 A 6274



56

✓D18

Reha

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

Farbkarte #13

PROGRAMMA INAVGVRALE
DE
VENTORVM
CAVSIS,
QVO
AD AVDIENDAS
PRAELECTIONES PHILOSOPHICAS
PVBLICAS ATQVE PRIVATAS
PROXIMO SEMESTRI HABENDAS
NOBILISSIMOS ATQVE HONORATISSIMOS
DOMINOS COMMILITONES

INVITAT
WILHELM GOTTLIEB HESSE
PHILOS. ET MED. DOCTOR

FACVLT. PHILOS. IN PERANTIQA GERANA ADSESSOR
EXTR. ET PROF. PVBL.

ERFORDIAE,
LITTERIS JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
ACAD. TYPOGR.